

Alinea

2. Gondra



K-VI-6

Generoso Domine

I

Generoso Domine Lukavicki

Pauli Mi

GENIO

Opuscula in his Miscellaneis sub N^o contenta sunt.

1. Carmen gratulatorium in laudem Ing. Adol. ab Alb. Deoyen. Crac. 1630
2. Debitum pietatis A.R. et Eccl. Jac. Vitellio a Joach. Speronowic. Crac. 1638
3. Aurora natalium Ill. ac M. D. Adam. Sieniowski. Sub. Stan. Oszdowski. Crac. 1638
4. Hellanodia virtuti, quam cum fide &c. opera Joach. Speronowic. Crac. 1638.
5. Elisei Avrimontani ad Danhseanos bellum et arma circumspicientes Epit. 1638.
6. Vindicta p. Cornelio Tacito a Nicol. Nowikowski. Convitiatoris. opposita Crac. 1638.
7. Arctos Sarmatica, quæ gener. Juv. ab Alb. Samborski. monat. Crac. 1638.
8. Nubes Hippocratis Ch. ac Doct. Viro Andr. Wolfowicz a Thom. Canovesi die Crac. 1638.
9. Icon virtutis et laboris inmanatum ad Ven. ac Eccl. D. a Nic. Tatowicz Crac. 1638.
10. Pietas enudita. seu oratio de nexu piet. cum erudit. Joan. Alb. Paris. Crac. 1638.
11. Tiara Episcopalis Ill. ac M. D. Andr. Gzbiicki. Ep. Luceor. a Daniel. Okebutz. Crac. 1638.
12. Leon herouid virtutis. Gen. ac M. Joan. Deheniski a Joan. Gnerski. Crac. 1639
13. Colopus immortalitatis Ser. ac Pol. Vlad. IV. a Balthaz. Stan. Prusliski. Lublini. 1638.
14. Felix Luceonia in primo ac Solemni Andr. Gzbiicki. Eccl. Balt. St. Prusliski. Lublini. 1639
15. Planctus in obitum Ill. ac M. D. Tecla in Olyca. Quisp. a Balt. Stan. Prusliski. Var. 1637.
16. Nemia na smierci niesmijertelnq. Andrzeja Jaklin. kiega. Krak. 1638 p. M. J. R.
17. Heroama pietis ad festu nuptiale &c. a Joan. Gnerski.
18. Procepus cause infid. et perfidum Marcum Sudaum. Deerehug. Cr. 1636.
19. Aureus Trionis Sarmatici tripos a Ludov. Christoph. Miller. Crac. 1638.
20. Minerva plaudens in Aula D. Jagiellonis ab Adamo Nowakowski. Cr. 1638.
21. Dona Gratiarum Ven. D. Marci Stan. Wolfowic. p. Valenian. Alnpek Cr. 1638.
22. Roia ptesarona z ziemie do nieba v Kar. pogr. Mikol. Sawinnowicz. Krak. 1638
23. Metamorphosis Apollinis et nove. Musæ a Joan. Nicol. Gzbiicki. Crac. 1637
24. Urag. civis Ill. D. Stan. Lubomirski. Eccl. Joachim. Speronowicz. Crac. 1638.
25. Stephanion Studii Philozophici Ado. D. Sub. Stan. Oszdowski. Crac. 1638.
26. Paterna felicitas et. ac doct. Viro andr. Wolfowicz a Joan. Grynwaldt. Crac. 1638.
27. Gratulatio Ill. ac M. D. Stan. Grochowicki. Archip. Leop. a Mathia Gzboic. Cr. 1635.
28. Echopadeia seu in uerna renou. stud. acad. Oratio a Steph. Nizelnycki. Cr. 1638.
29. Gratia nuptiales Cl. et Eccl. D. Stan. Spinek. Eccl. a Joan. Gnerski. Trzebinski.
30. In occursum. Ser. Pol. inuict. Inu. Vlad. IV. Eccl. Acad. Zamoyse. volum. 1634. Petrus
31. Lappes volum. p. felici et exopt. in eolum. Adami Opatorii a Joach. Speronowic. Cr. 1638.

Authores

Alnpek Valen. an. 21.	Millerus Lud. Christoph. 19
2. Animentang Eliseg. S.	Nizelnycki: Steph. 28.
1. Anonymi. 16, 18.	Nowakowski Adamq. 20.
Canovesi Thomas 2.	Oszdowski Stanislaus 3, 25.
Gnerski Joann. 12, 17, 29.	Okebutz Daniel 11.
Deoyen Albert. 1.	Paris Joan. Albert. 10.
Tatowicz Nicol. 9.	Prusliski Balthaz. Stan. 13, 14, 25.
2. Gzboic Mathias 27.	Samborski Albert. 7.
1. Gzbiicki Nicol. 13.	Nowikowski Nicol. 6.
Grynwaldt. Joann. 26.	Speronowic Joachim. 2, 4, 24, 31.
Lawninowicz Mikolay Franci 12 Jan. 22.	Trzebinski Petrus. 30.

Ermen
Mon

1.
①
CARMEN
GRATVLATORIVM

IN LAVDEM

Ingenuorum Adolescentum,

DVM IN

Alma Academia Crac. IV. Id. Octob.

Anno Domini, M. DC. XXX.

Ab

Excellentissimo ac Doctissimo

D. ALBERTO GNIADKOWIC, Artium &
Philosophiæ Doct. Collega Min. Art. & Philosoph.
Baccalaurei solenni ritu renunciarentur.

Decanatu Excellētiss. & Eruditiss. Viri,

D. GREGORII MODLINSKI, Art. & Phi-
losoph. Doct. Coll. Min.

*Exemitarum Cam. aduocatus
Mont. Argentin. ad Cracoviam.*

Ab

ALBERTO DEOYEN. *Eiusdem Almx*

Acad. Crac. Studio. Conscriptum.

M. Joannis Antoni Torjani, M. D. 1763

I N S T E M M A .



INuenerat quondam Samson mel in ore Leonis,
LANCKORONI Tuus est, hic Leo flammiumus.
Isthæc flamma volans Scythicas populabitur oras,
Ast Leo flammiumus Turcica scepra fugat.
Ergò LANCKORONI cum sis Generosus ab inde,
Lechiadz id poscunt, sis Leo magnanimus.



Perillustri ac Magnifico Domino,

D. SAMVELI LANCKORONSKI

DE BRZESCIE:

Castellano Wislicen. Capitaneo Malogosteñ.

Hæredi in WODZISLAW. &c. &c.

Domino & Mæcenati suo Colendissimo.



Vm beneuolum Tuum animum, cum erga omnes Bonarum artium studiosos, tum erga me propensum cognouissem. Perillustr: & Magn: D. diutius cogitabam, quâ ratione, aut quo modo illam Tuam in me propensi animi significationem gratâ memoriâ conseruarem. Etenim cum illam admonitionem Tuam, quâ me ad studia diligentius tractanda, ac si stimulis quibusdam excitabas, considerarem, iustum fore arbitrabar, se hanc admonitionem, (quâ nulla melior atq; honestior esse potest) aliquâ si non pari quod difficile est, saltem infimâ beneuolentiâ, & gratitudinis significatione declarauissem. Nam quid maius & optatius aliquando sperare debebam, quâ nvt Te qui tantum tuum amorem, in bonas artes incredibili studio declarare consueuisti, Patronum ad easdem haberem. Quamobrem Te Duce & auspice nihil vnquam desperandum putabam. Nunc verò cum Ingennos Adolescentes meritis & in-

Epistola Dedicatoria.

industria commendatissimos, (qui tūm in nobilissimā totius orbis Sarmatice Acad: Cracou. primas Philosophicæ facultatis honores, in spectatissimā Doctissimorum atq; Illustrissimorum Virorum coronā, presentent) quanquam impolitiori stylo, celebrandos assumpserim: efficere non poteram, quin eos sub celebri Tuo nomine in lucem emitterem. Quem enim alium potiozem Patronum isti literarum tyrocinio quere-rem, quā eum qui Intaminatis fulget honoribus. Et quoniam: Dignum laude virum Musa vetat mori: cur ego non Tibi primitias ingenij mei, etsi incultā Mineruā factas, offeram? quem Musarum Apollinem gentis Lechiacæ videre est; offeram, & quidem maiori studio; siquidem certū mihi est, Magnos quosq; viros etiam inferiori nota homines non aspernari. Quocirca Perillust: & Mag: D. crasso, vt aiunt filo contentos, hos meos versus Perillustri ac Magnif: Dominat. V. cūm incredibilis benevolentia erga cultores scientiarum, tūm singularis in me grati animi significatio iure merito tibi deberi contestantur. Iam mihi nihil ultra optandum est, prater vt Perillust: & Magnif: Dominat. V. hoc tametsi, nec dum satū maturum cārmē, animo facili vultuq; sereno accipiat: cūm verò ingeniorum optimus est Patronus, industriam meam ad maiora aggredienda placido & benigno favore suo prouocabit. Vale Cracouie e Contub: Jagellon. Odt. Anno D. 1630.

Perillustri ac Magnif: Dominationis V.

Cliens.

Albertus Deoyen.



AD CHRISTOPHORVM
WILKOWSKI.

Magnis laborum gloria Regibus,
Clarum rependit stemma per æthera
Manfurum, & æternos honores,
Supplicibus tribuit benignè.

Et quæris æque? Cur tibi Principum,
Et cur Potentum tanta volet cohors,
Qui magna consequi valebant,
Diuitiisne putas? procul sint.

Duri labores sed decorant eos,
Quos ferre nunquam pœnituit probos,
Et ferre casus acriores,
Non puduit grauius molestos.

WILKOWSKI in altum scande per ardua
Magnisq; duris atq; laboribus
Ne colla fragas vt rependant,
Dij tibi magna laborioso.

Vosque

Vosq; huc adeste ô Castalides Deæ,
Huc docte Apollo tende per arduum
Parnassum, & insignem Rhodonq;
Per Mitylenq; Ephesumq; curre.
Huc Musa, docti Christophori vocat,
Vos vult habere hic armigeros suæ
Laudis, per incertos labores,
Et studium bene præparatæ.
Sudore magno ille hisce laboribus,
Finem quietum quærit & insuper,
Discrimen altum vult subire,
In medio positus periculo.
Nam non quietos mollis in otio
Ducet dies hos, sed capiet modum,
Primâq; lauro concitatus,
Cætera ad efficienda tendet.

AD MARTINVM IANKOWSKI.

Iam duces adsunt Heliconis alti
Sole iam claro rutilat dies, &
Concito cursu properant Camænæ,
Dicere laudes.

Docte

Docte IANKOWSKI decus o Sophorum,
Ad noui ludos auidus theatri
Curre, nam magnos tibi non retardat,
Phœbus honores.

Seu placet Sappho lyrico aut Homerus,
Doctus Heroos recitare versus,
Seu tibi est cordi Archilochos lambos
Scribere, scribe.

Est nihil quod te remorare possit,
Pulchre IANKOWSKI cape seu corollam,
Siue honoratos tribuet gradus seu
Laurea dona.

Magnum ad accedas numerum Sophorum,
Ultimum non te Stagirita doctus,
Tullius nec te eloquio potentem,
Rettulit infra.

Altera es tu spes Academiae quæ est,
Hostium magnis agitata probris,
Tu potes tanto ingenio celebrem
Reddere rursum.

Tu tamen ne sis nimium secundis
Rebus elatus, resonabis arte;

Curre

Curre per mundum ad Garamantis oras,

Curre per æthra.

Impius noscet tua Sceptra Cyclops,

Rhedones tum Dardanidæ feroces,

Vanus elatusq; animo superbo,

Noscet & Indus.

Lætus at tu cuncta subire debes,

Quæ parens nunc iam tibi digna præstat,

I, sed ad quosuis Academiæ con:

surge labores.

AD IOANNEM ZAKRZEWSKI.

O Alma Mater nostra Academia,

Magnos honores cui tribuas vide,

Altos vt inter præpotentes

Artibus, excipiat triumphos.

Huic an iuuentæ quam facile est cadere,

Et ventus acsi cum leuius tumens,

Quæ nil reseruat quod mouere,

Nesciat hoc animo recondat.

Decepit insignem Phæthon patrem,

Mortale vulgus terruit, & Iouem,

Curru

Curru igneo dum creditos iam
Flammiferos regeret iugales,
Et garrulus sic Tantalus impias
Pœnas subiuit fallere dum cupit,
Et prodit arcanum Deorum
Consilium, generi sagaci
Mortalium: ergo quem inuenies precor,
Mandata præstes cui tibi munera,
Quæras fidelem ac temperatum,
Quiq; modestus erit, valensque
Doctrinâ. & arte ac frugiferam neque
Ignoret omni laude scientiam
Dignissimam, tum sit laborans,
Inscius hinc procul absit, hic nam
Non insciorum turba manet neque
Hic barbarorum præmia quis feret
Cohors nefanda nec per orbem
Ingenio celebres Batauo.
Felix Polonos Lechiadum Duces
Ornabit inter Sarmatiæ lares,
Gratus IOANNES & Deorum
Moribus egregijs decorus.

AD PAVLVM NIWICKI.

Inter stelligeros condecorant polos
Pulchri vt Tyndaridæ splendida sydera:
Tu sic magne bonis orbe parentibus,

NIWICKI decoras tuos.

Omnes, cum quibus haud immerito expetis:

A multo ante tibi tempore debitam

Laurum, quam retines non mediocriter

Cunctis omnibus inuidam.

Nec te sollicites, quin operi inscium

Te credas nimio, nam potis es grauem

Et perferre laborem, atque paratus es.

Sudorem nimium pati.

Ergo lætus ades per medium Sophum

Te committe operi, tumq; laboribus

Nec post ægrè feres, sollicitus labor

Dum ad te multa trahet bona.

Fortis tu modo sis atque Academicus;

Et forti studio tende per ardua,

Ad te poscit & hoc vult Academia,

Hoc & docta cohors virum.

AD

AD GASPARVM MOYSKI.

Virtute præstans laurigeros capit
Nunc nunc honores, tympana percutite
O pulchre Apollo: vos citharis date.
Plausus canoros Sicelides Deæ,
Orpheus amænam, Treijcius lyram
Pulset: Sophorum Palladium petit
MOYSKI locum, nunc ingenio potens.
Cui tu decens iam Calliope velis
Aptare Sertum, quod referat graui
Doctrinâ & arte insignis amabili,
Hic est procellis actus in arduos
Colles laborum, sacra palatia
Doctæ Mineræ dum petit inclyta,
Gemmis & auro splendidiora quæ
Conscendit, & quæ iam manibus tenet.
Non hunc Corus, non Africus & Notus,
Sciuit molesto turbine frangere,
Vt mittat Almæ mænia Palladis
Mittat labores castra scientiæ.
Optabat altos visere Apollines

Matrem proborum teque Academiam
Iustum sit ergo ô Mater amabilis
Ornare lauro hunc, qui petiit tuos
Videre honores, quos videt & tenet,
Diuine tu iam Phœbe precor faue.

AD VALENTINUM
GLOVINIUM.

Quid vis dulce decus quid pulchra propago **GLOVINI**

Ut te perennis laudibus

Clara dies celebret.

Non tibi laurigeri desunt tutamina **Phœbi**

Tempus petendi nunc habes,

Quæ tibi cunque placent.

Et decet (in dubio quamuis) exposcere certos

Honores, quos præbet parens,

Nunc tibi nunc alijs.

Tergeminam dabit illa tibi laurumque, rosetaque,

Et dulcis uane Tullyj

Flumen adire patet.

Seu te pulchra domus hoc tibi recreat Stagiritæ,

Diuius aut vocat Plato,

Seu Maro mellifluis.

¶ licet As trilegusue cupis tentariet hortos

Videre plurimos potes

Archimedas celebres.

Musarumue decus magnum spectare placebit

Homeros aut Horatios

Ouidiosq; bonum est.

Quidquid adire paras, clari adsunt ecce Dynasta,

Qui te Minervæ consecrant,

Artibus egregium,

AD IOANNEM GLVSKI.

Optatam ad metam venias licet ultimus ipse,

Sunt T in extremo, præmia magna loco.

Nec tibi Musarum clausa est labyrinthus amæna,

Postremus venias, quod tamen ipse modo.

Finis

Finis at es se potes t G L V S X I pulcherrimus ante

Ille quod egregie, saepe coronat opus.

Haud peregrina nitet lauro doc trina sub ultimâ,

Hac angust da sibi lumina res tenuit.

Tu miro ante omnes laudum percussus amore.

Doc trinae t s tudy laurea dona cape.

At ego (cum tanto maneat sub sydere natus

Quo referas laurum quam hic Academia dat)

Agnosce precor Magnos Doc tosq Magis tros,

Quos Praeceptores aut te habuis se scio.

Aut alios magno semper prosequuntur honore es.

Respice quæso tuos, quos tot ades se vides.

Hi sunt qui laurum tribuunt tibi quicq laborum

Sunt certi testes es t veneranda cohors

Quæ cursu certat tecum studiosa iuventus

Aquali, in medio deficit illa tamen.

Ergo

Ergo age per medium venias sic fiet ut ipse
Ultimus es qui nunc primus at es se potes.
Ordine non primus vel si, saltem superato
Arte & doct trina scilicet, ergo prior.





CRACOVIAE,
Typis Matthiæ ANDREOVENSIS,
Anno M. DC. XXX.

Et hoc per mecum, namque sic fiet ut ipse
Optimus est qui nunc primus ut et se poterit.
Ordine non primus vel se saltem sequatur.
Atque hoc tunc scilicet, et eo prior.



C R A C O V I A E
Typis Matthei ANDREOVENSIS
Anno M. DC. LXX.





A. - 3



818864 Bibliotheca 28 000,-
P.P. Camaldulensium in Bielany

Depozyt w Bibliotece Jagiellońskiej



03947

K.VI.6

